

Cambridge University Press


978-1-108-04303-8 - Bartholomaei de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana (AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)

BARTHOLOMÆI COTTON, MONACHI NORWICENSIS,
HISTORIA ANGLICANA.



INCIPIIT HISTORIA ANGLICANA, SCILICET LIBER SE- f. 160.
CUNDUS DE REGIBUS ANGLIS, DACIS, ET NORMANNIS.

ATTESTANTIBUS antiquorum chronographorum testi- Genealogy
moniis, navis quædam in Saxonia quondam applicuit of Hengist
sine remige, cui occurrentes compatriotæ quidque in and Horsa.
ea contineretur diligenter perscrutantes, invenerunt Legend of
quendam parvulum vagientem, omni penitus solatio Schef.
destitutum humano, cujus capiti manipulum suppo-
situm invenerunt, quem puerulum educantes Saxones
Schef nominaverunt, id est Garbam, a manipulo capiti
supposito.¹ Iste Schef genuit Beadwy post tempus Noe ;
Beadwy genuit Wala, qui Itermod, qui Heremod, qui
Cedwala, qui Bau, qui Heta, qui Godwlf, qui Finn,
qui Frethewlf, qui Frealas, qui Frethewan, qui Woden,
quem pagani deificantes ipsum pro deo coluerunt,
diemque quartum ipsi consecraverunt et Wodnesday
nominaverunt, secundum idioma Saxonum ; Woden

Florence of
Worcester,
p. 549.

Roger of
Wendover,
i. p. 8.

¹ The sources of this will be found | also Widukind ap. Pertz. Mon.
in William of Malmesbury, i. p. 173 ; | Germ. Script. iii. p. 418.
Ethelwerd, iii. p. 512. Compare

Cambridge University Press

978-1-108-04303-8 - Bartholomaei de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana (AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)

enim secundum aliud idioma dicitur Mercurius, unde quarta dies dicitur dies Mercurii. Woden genuit Wenta, qui Wintggils, qui Hengist et Hors fratres. Hengist fuit primus Saxonum qui applicuit in Britannia tempore Wortingerni, ut patet supra in Historia Britonum¹; et fuit primus Anglorum qui obtinuit regnum Cantiaë, anno Domino CCCCLV.

Florence of Worcester, Appendix, p. 635.

Hengist King of Kent, A.D. 455.

As some of the Saxon kings have been spoken of already in the author's previous treatise, they will be passed over briefly now.

Division of England by the Saxons.

Kings of England from Cædwalla to Edward I.

Breviter quoque expediendum est de nominibus regum et gestis eorum existentium post tempora Britonum; quia de quibusdam regibus Saxonum dicitur inter Britones, scilicet de Ethelberto rege Cantiaë, et Ethfrido rege Northanhumborum, ac Edwyno filio ejus, et de Osfrico qui Edwyno successerat, atque de Oswaldo sancto qui ei successit. Item de Penda rege Merce, et de filio ejus Wifeldo, et de multis aliis, ut patet infra in prologo de Episcopis; unde primum incipiendum est de Saxonibus et eorum gestis, secundo de Dacis, tertio de Normannis, quarto et ultimo de archiepiscopis et episcopis prout facultas se obtulerit: sed ad declarationem futurorum notandum est, quod Saxones in principio dividerunt Angliam in v. regna vel vii., ut patet infra, videlicet in regnum Westsaxiaë, regnum Cantiaë, regnum Merce, regnum Northanhumborum, et regnum Estangle. Unde primo et principaliter tractandum est de regibus Westsaxiaë et gestis eorum, et sub nominibus singulorum de cæteris sibi contemporaneis et de bellis eorum sub compendio.

- | | |
|----------------------|----------------|
| 1. Cedwalla regnavit | ii. annis. |
| 2. Ine | xxxvii. annis. |
| 3. Ethelardus | xiii. annis. |

¹ This refers to Bartholomew Cotton's first book, which is a transcript of the history of Geoffrey of Monmouth. See the Preface.

The passage referred to above will be found in G.M. vi. 10, p. 104, ed. Giles.

Cambridge University Press

978-1-108-04303-8 - Bartholomaei de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglica
(AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)

HISTORIA ANGLICANA.

3

- | | |
|---------------|-----------------|
| 4. Cudredus | xvi. annis. |
| 5. Sigebertus | ii. annis. |
| 6. Kenewlf | xxxi. annis. |
| 7. Brictricus | xvi. annis. |
| 8. Egbrichtus | xxxviii. annis. |

Hic primus ex Anglis habuit monarchiam, quia omnes ei fuerunt subditi.

- | | | |
|---------------------------|-----------------------------|------------|
| 9. Adelwlfus | xxii. annis. | } fratres. |
| 10. Athelboldus | v. annis. | |
| 11. Etelbrietus | v. annis. | |
| 12. Etelred | vii. annis. | |
| 13. Alfredus | xxviii. et dimid.
annis. | |
| 14. Eadwardus | xxvi. annis. | |
| 15. Adelstanus | xiii. annis. | |
| 16. Eadwardus filius ejus | vi. annis. | |
| 17. Edredus frater ejus | ix. annis. | |
| 18. Edwy frater ejus | iiii. annis. | |
| 19. Edgarus | xvi. annis. | f. 160 b. |
| 20. Edwardus Sanctus | v. annis. | |
| 21. Etelredus frater ejus | xxxvii. annis. | |
| 22. Edmundus Hyreneside | i. anno. | |

De Dacis.

- | | |
|----------------------|-----------------------------------|
| 23. Knut regnavit | xx. annis. ¹ |
| 24. Haraldus | iiii. annis et mensi-
bus iii. |
| 25. Hardeknut | ii. annis. |
| 26. Edwardus Sanctus | xxxii. annis. |
| 27. Haraldus | vi. annis. ² |

De Normannis.

- | | |
|-------------------------|--------------|
| 28. Willelmus Bastardus | xxi. annis. |
| 29. Willelmus Rufus | xiii. annis. |

¹ MS. repeats *annis*.² Sic.

Cambridge University Press

978-1-108-04303-8 - Bartholomaei de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana
(AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)

30. Henricus Primus xxxv. annis.
 31. Stephanus xix. annis.
 32. Henricus Secundus xxxv. annis et dimid.
 33. Ricardus x. annis et mensibus vii.
 34. Johannes xvi. annis.
 35. Henricus Tertius lvi. annis.
 36. Edwardus.

Cædwalla abdicates, A.D. 688. Cedwalla, primus rex Westsaxiæ post Britones, cum Henry of Huntingdon, iv. p. 722 E. duobus annis regnasset, se regnumque suum abdicans propter Deum regnumque perpetuum, Romam petiit, illud memoriale¹ sibi æstimans si ibi baptizaretur et moreretur. Sergius² Papa ba[p]tizavit eum, et ex nomine Apostoli Petrum vocavit.

Eo tempore obiit Lotarius rex Cantia, et Egfridus rex Northanhumbre; primo successit Edricus, et secundo Alfridus.³

A.D. 689. Rex vero, secundum votum, infra vii. dies in albis mortuus est, Ibid. Death of Cædwalla. His epitaph. xii. Kalendas Maii, et sepultus⁴ in ecclesia Sancti Petri; super quem scriptum est hoc epitaphium;

Culmen, opes, sobolem, pollentia regna, triumphos,
 Exuvias, proceres, mænia, castra, lares,
 Quæque patrum virtus, et quæ congesserat ipse
 Cedwal armipotens, liquit amore Dei;
 Ut Petrum sedemque Petri rex cerneret hospes,
 Cujus fonte meras sumeret almus aquas,
 Splendificumque jubar radianti carperet ha[u]stu,
 Ex quo vivificus fulgor ubique fluit.
 Percipiensque alacer redivivæ præmia vitæ,
 Barbariam rabiem, nomen et⁵ inde suum
 Conversus convertit ovans, Petrumque vocari
 Se[r]gius antistes jussit, ut ipse pater,
 et cetera prolixius.⁶

¹ MS. *memoriale*. H. H. *gloria singularis*.

² H. H. inserts *ergo* after *Sergius*.

³ The source of this sentence, inserted here out of its place, is in

H. H. p. 722 B.D., though it is not transcribed directly.

⁴ H. H. inserts *est*.

⁵ MS. *nomenque*.

⁶ MS. *celi p[er]tes*.

Cambridge University Press

978-1-108-04303-8 - Bartholomaei de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana (AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)2. *De Ine, rege secundo, anno gratiæ DCLXVI.* A.D. 689.Henry of
Hunt. iv.
p. 723 A.

Ine rex regnavit post eum in¹ Westsexe; fuit enim filius Ine. cujusdam Cenred. . . . Hujus regni² anno secundo Theodorus archiepiscopus . . . transit, cujus loco Brithwold Abbas Raculfensis electus et consecratus³ est. Usque ad hoc tempus fuerunt Romani archiepiscopi, et exinde⁴ Angli. . . .

Eo tempore fuerunt duo reges in Cantia, non tam secundum regiam stirpem quam secundum invasionem, scilicet Withred et Webhard. Iste Withred anno vi. Ine⁵ confortatus in regno, religione⁶ et industria gentem ab extranea invasione liberavit; fuit enim filius Egrith; . . . tenuit autem regnum in pace xxxii. annis.⁷ Ine rex prædictus super illum regem in Cantiam exercitum duxit, sed, pecunia data, pacificatus ab eo recessit.⁸ . . . Hoc tempore ab incarnatione Domini dcc. anno, Adelred, filius Pendæ, rex Merce, omnipotenti⁹ benignitate visitatus, fit monachus, et xxix. annis regnavit¹⁰; deinde mortuus sepultus est apud Bardeneye; cui successit Kinred cognatus ejus, . . . qui monachus postea Romæ factus, Constantino pontificante, usque ad diem remansit¹¹ ultimum. Cum quo etiam Offa, filius Sichi regis Orientalium Saxonum, rex si mansisset¹² futurus, pari ductus devotione Romam ivit, et monachatum suscepit. Imitate ergo vos reges hos, etc. . . . Kinred¹³ autem regi Merce successit Cheoldred in regno, qui viii. annis regnum¹⁴ clarissime rexit. Ine rex anno xx. regni sui divisit episcopatum Sudsexiæ¹⁵ in duos, Danieli et Adelmo,¹⁶ qui unus solebat esse. . . . Eo tempore vicit Walenses auxilio Nun cognati sui.¹⁷ . . . Hoc tempore¹⁸ Alfridus, rex Northanhumbroborum, periit¹⁹ apud Driffild xx. anno regni sui,¹⁹ cui successit²⁰ Osredus filius ejus, puer viii. annorum; regnavit xi. annis; et . . . belli infortunio juxta mare²¹ interfectus est; cui successit²² Kinred qui

Kings of
Kent.

f. 161.

¹ H. H. *hunc super*, who adds *xxxvii. annis* after Westsexe, and proceeds *Ine fuit*, etc.

² H. H. *regis*.

³ H. H. *sacratus archiepiscopus*.

⁴ H. H. *exinde fuerunt*.

⁵ H. H. *Ine vi. anno regnante, legitimus rex Centensis Withred*.

⁶ H. H. inserts *simul*, and before *gentem, suam*: below, *Withred namque fuit for fuit enim*.

⁷ H. H. *Centense xxxii. annis nobiliter et pacifice*.

⁸ This sentence is abridged.

⁹ H. H. *Omnipotentis*.

¹⁰ H. H. *anno xxix. regni ejus, et sepultus, &c.*

¹¹ H. H. *permansit*.

¹² H. H. *remansisset*.

¹³ H. H. *regibus prædictis*.

¹⁴ H. H. *quod idem viii. annis patriæ et aviæ virtutis hæres*.

¹⁵ H. H. *Westsexie*.

¹⁶ Abridged.

¹⁷ H. H. *Quarto ante hunc anno*.

¹⁸ H. H. *infirmatus perierat*.

¹⁹ H. H. adds *nondum impleto*.

²⁰ H. H. *succedens*.

²¹ H. H. *juxta Mere pugnans*.

²² H. H. omits *qui*.

Cambridge University Press

978-1-108-04303-8 - Bartholomæi de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana
(AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 718. regnavit ii. annis et interfectus¹ est. Post quos regnavit Osricus Henry of
annis xix.² . . . Ine autem regni sui xxvii.³ anno devicit⁴ Hunt. iv.
Cheolred, regem Merce, filium Edelredi regis, apud Wouburth; p. 724 B.
. . . anno sequenti mortuus est⁵ Cheolred et sepultus apud
Lichefeld; cui successit in Merce Etelbold et regnavit⁶ xli. annis.
Eo tempore Egfridus⁷ vir venerabilis convertit monachos in ii.
locis⁸ ad Catholicum Pascha et tonsuram canonicam. . . .

*Ine anno xxxvi. obiit Withredus, rex Cantice, et
successit ei Ethelbertus.*

Abdication Ine rex potens . . . xxxvii. anno relinquens Etelhard cognato
of Ine. suo regnum, Romam petiit et ibi peregrinans⁹ stipendia promeruit
Ethelhard, in cœlis.
728.

Tempore Ini regis . . . fuerunt imperatores Romani, Justinianus
minor¹⁰ x. annis, Leo iii. annis, Tyberius vi.¹¹ annis, Justinianus
Secundus vi. annis, Philippus anno et dimidio, Anastasius iii. annis,
Theodosius i. anno, Leo ix. annis, Constantinus etiam, cujus anno
tertio iste Ine Romam profectus est. Hi fuerunt papæ¹² tempore
ejus, Sergius, Johannes, alius Johannes, Sisinnius, Constantinus,
Gregorius, cujus tempore Ine sponte victor cupiditatis exulavit.
Reges Francorum hi; . . . rex Childricus,¹³ Theodoricus, Clodoveus,
Gildebertus, Dagobertus, cujus tempore cœli palatia conscendit . . .
sanctus heremita Guthlacus,¹⁴ et in pace quievit apud Croy-
lande. Isti duo reges contigui Cedwalla et Ine, . . . sicut duo
reges contigui Merce, scilicet Edelred et Kenred, relictis omnibus
bonis falsis, verum et summum bonum, quod Deus est, adepti
sunt. Reges igitur terræ præsentis imitamini reges prædictos . . .
quatuor; nam reges prædicti luminaria sunt omnibus regibus
terræ, ut boni quos imitentur habeant, mali unde excusentur non
habeant. . . .

¹ H. H. *mortuus.*

² H. H. *undecim.*

³ H. H. *xxvi.*

⁴ H. H. *pugnavit contra.*

⁵ H. H. *mundo exiit.*

⁶ H. H. *vir fortis et vehemens,
regnavitque victorioso.*

⁷ H. H. *Egbertus.*

⁸ H. H. *qui erant in Hii.*

⁹ H. H. *inserts in terris.*

¹⁰ H. H. *inserts qui regnavit, and
so with all the others.*

¹¹ H. H. *septem.*

¹² H. H. *Apostolici.*

¹³ H. H. *inserts rex before each
name.*

¹⁴ The names of two others are
omitted here.

Cambridge University Press

978-1-108-04303-8 - Bartholomaei de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana (AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)

HISTORIA ANGLICANA.

7

3. *De Ethelhardo, anno gratiae* DCCIII.

A.D. 728

Henry of
Hunt. iv.
p. 725 C. Ethelhardus, rex Westsexiae, primo anno regni sui pugnavit contra Ethelhard. Oswaldum juvenem de regia stirpe, qui regnum Westsexiae sibi conatus est¹ adquirere; fuit enim filius cujusdam Edelbold, . . . sed rex cum exercitu suo fugavit eum.² . . .

Anno gratiae DCCIII.

Anno praedicti regis tertio apparuerunt duae cometae, . . . una vespere, alia mane; una occidente, alia oriente²; . . . portabant autem faciem ignis contra Aquilonis partem,³ . . . apparebantque mense Januario fere per quindenam,⁴ quo tempore gravissima [Sarracenorum] lues Gallias et Hispanias misera caede vastabat, et ipsi non post multum temporis⁵ in eadem provincia dignas suae perfidiae poenas luebant.

Eodem anno Osricus, rex Northanhumbroborum, obiit anno xi. regni sui; cui successit Celwlfus frater ejus, qui regnavit viii. annis.² Hic fuit rex, cui Beda, vir sanctus et venerabilis,⁶ ingenii florentis et Christi philosophus, Ecclesiasticam Historiam Anglorum scripsit, qua regi missa, quantum profecerit, beatus finis regis ostendit. Ethelardi v. anno . . . Ethelwold rex Merce fortissimus . . . obsedit et cepit Sumertone. Hic omnes provincias Angliae cum suis sibi subjugavit.⁷ Eodem anno sol obscuratus est. Eodem anno Brithwoldus archiepiscopus cum xxxv.⁸ annis praefuisset, obiit, et successit ei Tadwynus. . . . Eodem anno sol obscuratus est.⁹ f. 161 b.

Beda.

Anno ejus viii. Beda venerabilis . . . transiit de hoc mundo.¹⁰ . . . Death of Beda igitur, presbyter monasterii, quod est ad Wirmundham et Bede, 735. Ingirvum, a Benedicto abbate ejusdem loci ac deinde Colfrido educatus et eruditus, semper scripturis studuit; reliquit autem mundum lxii. aetatis suae anno, senex annis et sapientia, plenus

¹ H. H. *conantem* for *qui* . . . *conatus est*.

² Abridged.

³ H. H. *Aquilonem*.

⁴ H. H. *duabus ferme septimanis permanebant*.

⁵ H. H. *multo, om. temporis*.

⁶ H. H. *inserts vir*.

⁷ This, which is abridged, is referred to two years after the following event by H. H.; the order being here inverted.

⁸ H. H. *pene xxxviii. annis*.

⁹ The scribe has carelessly repeated this sentence.

¹⁰ H. H. *caeli conscendit palatia*.

Cambridge University Press

978-1-108-04303-8 - Bartholomaei de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana (AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 735. dierum non in vano consumptorum, quod apparet in operum Henry of
 His works. suorum numero; scripsit enim a principio Genesis usque ad Hunt. iv.
 nativitatem Isaac, libros tres; De tabernaculo et vasis ejus et P. 726 B.
 vestibus, libros iii. In primam partem Samuelis usque ad mortem
 Saulis, libros iiiii. De ædificatione Templi allegorice, duos. De
 Libris Regum xxx.¹ De Proverbiis Salomonis iii. In Canticis
 Canticorum vi. In Esdram et Neemiam iii. In Canticis Abacuc i.
 In Libro Tobiae i. Capitula quoque lectionum Veteris Testa-
 menti i.² In Evangeliiis Marci iii.³ In Lucæ vi. Omeliarum
 Evangelii ii.⁴ In Apostolum V.⁵ in opusculis Augustini invenit,
 cuncta per ordinem transcripsit. In Actus Apostolorum ii.
 In vii. Epistolas Canonicas, libros totidem. In Apocalipsim iii.
 Item capitula lectionum in totum Novum Testamentum excepto
 Evangelio. Item Librum Epistolarum ad diversos. Item De
 Historiis Sanctorum. Item De Vita Sancti Cuthberti, primum
 heroice, postea plano sermone. Item De Vita Abbatum Monas-
 terii sui.⁶ Item Martyrologium. Item Librum Hymnorum.
 Item Librum De Temporibus, id est, Chronica. Item
 Librum de Metrica Arte, et Historiam Ecclesiasticam Anglorum
 in libris v., in qua orat, ut omnes libros legentes pro ipso in-
 tercedant.⁷ Amen. Item De Statu Ecclesiastico in tempore suo
 narravit et de nominibus Episcoporum totius Angliæ
 tunc existentium, quo tempore⁸ archiepiscopus Cantuariensis
 fuit Tadwynus, Rofensis Aldulphus, Londoniensis Igwaldus,—
 de cæteris non prosequor,—super Orientales Saxones Edbertus
 et Hedhalac episcopi Sub rege Ceolwlf quatuor episcopi
 fuerunt,⁹ Eboracensis, Lyndeseyensis, Hugostaldensis, et de Candida¹⁰
 Casa. . . . Rex vero Cantia tempore Bedæ fuit Edbrith, rex
 Westsexia Adelhard, rex Anglorum¹¹ Selred, rex Northanhumbre
 Ceolwlfus, rex Merce Atelboldus, maximus omnium. Decessit
 autem anno a[d]ventus Anglorum circiter cclxxxviii.: anno
 Domini decxxxiii. . . .

¹ H. H. *librum xxx. questionum.*² i. introduced by the scribe.³ H. H. *iv.*⁴ H. H. places this after the treatise on the Canticles.⁵ Sic for *quæcunque*,—apparently a mistake between *quinque* and *quæcunque*.⁶ H. H. inserts *duos*.⁷ H. H. *in qua pic perorat, ut**apud omnes legentes, fructum intercessionis inveniat.*⁸ H. H. makes Bede say this in the first person.⁹ H. H. gives the names of the Bishops, and reads *Lindisfarnensis* for *Lindeseyensis*. Above, *Anglos* for *Saxones*.¹⁰ MS. *Candica*.¹¹ H. H. *Est-Anglorum*.

Cambridge University Press

978-1-108-04303-8 - Bartholomaei de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana (AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)

Henry of
Hunt. iv.
p. 726 E.

Hucusque auctoritatem venerabilis Bedæ . . . secuti sumus. A.D. 736.
Deinde Henrici Hunte[n]dunensis et W. Malmesbiri-
ensis. . . .

Adelhardi regis anno x. Nodhelmus archiepiscopus accepit pal-
lium a papa. . . . Ceolwlf rex Northanhumbre factus est mona-
chus; cui successit cognatus ejus Edbrietus.¹ . . . Adelhardus rex
xiii. anno regni sui mortuus est, cui successit Cudredus
cognatus ejus.

The autho-
rities fol-
lowed in
the present
work.
Death of
Ethelhard.

4. De Cudredo, anno gratiæ DCCXVII.

Cudredus vero regnavit super Westsexe xvi. annis. Adelbaldus Cuthred,
vero rex superbus sæpe eum nunc seditionibus, nunc bellis affigebat; ⁷⁴¹.
et aliquando unus, aliquando alter, superabat¹; aliquando vero inter f. 162.
se pacem statuebant, quam brevi tenentes² denuo rebellabant.³
Eodem anno Edbert sacratus est archiepiscopus, tempore Zacha-
riæ Prophetæ.⁴ . . . Eodem tempore Cudredus rex et Atelbaldus
pacificati, pugnaverunt contra Britones, et eos vicerunt anno iii. regni
Cudredi.¹ Anno sequenti obiit Wilfridus, Archiepiscopus Eborac-
ensis, cum prælatus⁵ fuisset xxx. annis. Eodem anno visum est
signum mirabile in cælo; stellæ namque hac et illac discurrebant per
aera, quod magnum fuit monstrum.⁶ . . . Anno sequenti Rex Selred
occisus est, sed nescitur quo modo.¹ Anno ix. occisus est Kinrich
filius regis, armorum decus, et vigore magnus, licet ætate parvus.¹
. . . Eodem anno obiit Edbrith Rex Cantia, qui regnavit xxii. annis.⁷
Anno xi. Cudred vicit bello eodem consulem audacissimum.¹ . . . Anno
autem xiii. commisit bellum cum Edelboldo¹ apud Bereford, omni
spe vivendi postposita [libertati]; in quo conflictu fretus auxilio
Edelun, prædicti consulis jam sibi concordati, multis ex utraque
parte miserabiliter occisis, tandem fugavit Edelbaldum cum Mer-
censibus et Kentensibus et Orientalibus Saxonibus et Anglis, quos
omnes ad prædictum bellum secum duxerat.¹ . . . Item commisit rex
bellum cum Edelboldo apud Secandune, ubi⁸ Etelbald cum multa
ruina suorum occisus est; et sepultus apud Rependune xli. anno
regni sui.¹ Regnum vero Westsexia ex hoc tempore roboratum,
crescere usque in perfectum non destitit. Cudredus anno xiii[i].
pugnavit contra Britones, et fugavit eos.¹ Anno sequenti, . . .
tot victoriis et prosperitatibus potitus, mortuus est.⁹

¹ Abridged.² H. H. adds *spatio*.³ MS. *rebellabant*.⁴ Sic for *Papæ*.⁵ H. H. *Wilfrid qui fuerat epis-
copus triginta annis apud Eborucum*.⁶ H. H. *omnibus intuentibus magno
fuit monstro*.⁷ H. H. *Centensis, qui regni infula
xxii. annis potitus fuerat*.⁸ MS. *ube*.⁹ H. H. *mortis inclementia læti-
tiam finivit*.

Cambridge University Press

978-1-108-04303-8 - Bartholomaei de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana (AD 449–1298)

Edited by H.R. Luard

Excerpt

[More information](#)A.D. 754. 5. *De Sigeberto rege, anno gratiæ DCCXXXI.*

Sigebert. Segebertus cognatus ejus¹ successit ei in regnum . . . qui cum **Henry of** superbus et incorrigibilis² esset, congregati sunt principes³ et pro- **Hunt. iv.** ceres totius regni, et provida deliberatione et unanimi consensu **p. 729 B.** omnium expulsus est a regno, anno secundo regni sui incipiente,⁴ quoniam primo fecit occidere quemdam consulem, qui prece populi eum ad bonum invitavit et querelam populi ei intimavit; fugatus vero a suis, . . . metuens, in sylvam⁵ magnam, quæ vocatur Andredeswald, fugiens se abscondit, ubi porcarius prædicti consulis quem occidit, eum absconditum inveniens et cognoscens, in vindicta mortis domini sui occidit iudicio Dei,⁶ qui tradidit impietatem in manibus ejus. . . .

6. *De Kenewlfo rege, anno gratiæ DCCXXXIII.*

Cynewulf, 755. Kenewlfus igitur egregius juvenis de regia stirpe oriundus, post eum electus est in regem. Anno ejus primo, Edelbaldo regi Merce prædicto successit Beornred in regnum, sed brevi tempore regnavit. Offa enim eum fugavit eodem anno, et regnavit super Merce xxxix. annis. Offa enim⁷ fuit filius Winfred, filii Candwlf, filii Osmod, filii Epa, filii Wippa, filii Creada, filii Chinewald, filii Curbba, filii Icil, filii Eomer, filii Achelten, filii Ossa, filii Weremund, filii Wythlat, filii Wodden. Offa rex strenuissimus vicit⁸ Kentenses prælio et Westsexas, No[r]thumbras.⁹ Offa rex¹⁰ religiosus fuit; transtulit enim¹¹ ossa Sancti Albani in monasterium quod construxerat multisque modis ditaverat, dedit vicario beati Petri, Romanæ urbis pontifici, redditum statutum de singulis dominiis¹² regni sui in æternum. Kenewlfi regis anno iii. Eadbrit rex Northumbre exemplo prædecessoris sui, . . . meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab eo, . . . et tonsuram monachalem accepit pro diademate; et iste fuit octavus regum illorum qui pro Christo regna sua reliquerunt.¹³

¹ H. H. *regis prædicti.*² H. H. *incorrigibilis superbiæ et nequitia.*H. H. *populus.*⁴ H. H. *in principio secundi anni regni sui.* The order of the sentences has been altered.⁵ MS. *insulam.*⁶ The two paragraphs in H. H. p. 729 C. D. have been mixed up together and abridged. The place

of the first sentence of the next paragraph has been also changed.

⁷ H. H. *juvenis nobilissimus.*⁸ H. H. *fuit; vicit namque.*⁹ H. H. *vicit quoque W. prælio, vicit quoque N. prælio.*¹⁰ H. H. *vir.*¹¹ H. H. *namque.*¹² H. H. *domibus; MS. dñis.*¹³ Abridged.